

vitatem, sine qua uti frui nequit, perat fructuarius, & sic non pati-
ensire alteram ut utatur fruatur, tenetur, ac si uti frui non patere-
tur. *Struv. d. l. §. Ex. 39. sb. 4. Busf. ad b. L. Wesenb. ad ff. si servit. vind.*
num. 2.

TIT. VIII. De Usu & Habitatu.

Ad L. 4. §. 1. Titius conscribit testamentum, inq; eo ædium
suum utrum legat Sempronii conjugi, quaritur an & maritus hoc
jura gaudeat? Videtur quod non per §. 2. l. b. ubi satis perspicue ne-
gativa adstruit nota exclusiva tantum, cujus officium cum sit alia
subjecta participatione prædicati excludere, & ipsum excludet
hic maritum. Eiusdem tenoris etiam est L. 2. §. 1. b. per contra-
rium probans, ubi marito ædium usum habenti cum familiâ habi-
tare permittitur, quo nomine & uxorem, cum de mariti familiâ sit,
subintelligi debere dubium non est; hinc quia de uxoris familiâ
maritus non est, nec ejusdem juris eum fore participem non ineptè
colligitur. Verior tamen est affirmativa sententia, quamvis nega-
ri nequeat, dubitatum de hoc fuisse inter Veteres & ægerrimè rece-
ptum ab initio, tandem vero obtinuisse auctore Quinto Mucio
partim ob matrimonii favorem, ne domo usura uxor thalami con-
forte privetur: partim ob casus contrarii cum nostro convenien-
tiam, quo, si forsan marito tale obtingeret legatum, nec conjugi de-
negari debere pro certo habitum. Ampliat hoc assertum Ulpia-
nus in L. 8. §. 1. ut procedat, licet addita sit legato conditio, si à viro
divertisset mulier, quia ut turpis & contra bonos mores rejicienda
omniqve lucro maritalis est præferenda concordia L. 5. C. de Instit.
& subst. Deinde alia in textu subsequitur extensio, qua & viduæ seu
virgini usu jam constituto nubenti non modo maritum sed & li-
beros, parentes liberosqve recipere conceditur, approbante idi-
psam Papiniano & Pomponio J. Cris. L. 6. b. quibus ad stipulatur
Paulus in L. 5. b. socerum cum nuru adjuvans. Tandem eo pro-
cessum ut eosdem, quos masculi, & mulieres recipere possint L. 6. b.
sub hoc vero temperamento, si honestè cum eâ sint habitaturi L. 7.
b. si vero minus, amisso hoc beneficio expellentur. *Conf. Schnei-
derw. ad §. 1. l. de Usu & habit. n. 12. Capol. de S. V. P. c. 5, n. 5. Vinn. ad §. 2.
ln. 1. Bocer. p. 2. D. 9. th. 75. 76.*

IN